PARE 1582 Opera

OPERA AMBROSII PAREI REGIS PRIMARII ET PARISIENSIS CHIRVRGI.

A Docto viro pleriſque locis recognita: Et Latinitate donata,

IACOBI GVILLEMEAV, Regij & Pariſienſis Chirurgi labore & diligentia.

Ad Clariſſimum virum MARCVM MIRONEM Regis Archiatrum digniſſimum.

PARISIIS,

Apud IACOBVM DV-PVYS, ſub ſigno Samaritanæ

Cum Priuilegio Cæſar. Majeſtatis, & Regis Chriſtianiſs.

Vix niſi apud eos qui viderint quod ſequitur monſtrum fidem impetrabit. Id fert A America, vernacula quæ lingua Haüt nominatur, magnitudine Cercopitheco minori par eſt, ventre valdè propendente & in terram prominulo, capite & facie puerum referens. Captum gemit, ſuſpiria quæ de imo pectore trahit hominis anxij & dolentis inſtar, colore cinereo eſt, pedumque palmis in tres vngues, quatuor digitos longos leoninis vnguibus acutiores, diſtinctis. In arbores ſcandit, illique frequentius quàm in terra degit, cauda tres non amplius digitos longa. Mirum eſt & monſtro ſimile, quòd id genus monſtra depaſci & cibare quidquam nunquam quiſquam conſpexerit. Secum enim in mapalibus incluſa diu Barbari periculum eius rei facturi detinuerunt: itaque vento ... alitam viuere credunt.

Huius feræ hauſto vento victitantis effigies.

B

C

Ex Leonis Africana hiſtoria quod ſequitur monſtrum tranſtuli, valdè deforme D eſt, & rotundo teſtudinis in modum ambitu, dorſum eius lineæ duæ flauæ mutuo ſe ad angulos rectos diuidentes interſecant, ad quarum ſingula extrema ſinguli oculi, ſingulæque aures affixæ viſuntur: adeò vt tale animal vndique quatuor oculis videat, totidem auribus audiat. Vnicum tamen os, ventrémque vnicum habet ciborum receptaculum. Pluribus verò pedibus globoſum eius corpus cinctum eſt, quorum opera in omnem partem qua libitum eſt incedere valet, abſque vllo corporis circumactu. Cauda oblonga eſt & in extremo ſui valdè villoſa. Aſſerunt incolæ eius animalis ſanguinem vulneribus glutinandis quouis balſamo eſſe efficaciorem.

Sanguis balſami inſtar [illegible].

Africani monſtri effigies.

A



B

Mirum eſt genitum Elephanto hoſtem eſſe Rhinocerota. Itaque cornu quod vnicum in nare geſtat ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione aluum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo Elephanto par, crura verò multo breuiora, color buxeus, aliquot tamen locis maculis diſtinctus. Spectandum Rhinocerota primus Romæ Pompeius exhibuit. *Plin. li. 8. ca. 29.*

C

Rhinocerotis effigies.



D

Chamæleontem Africa gignit: quanquam frequẽtior Indiæ eſt. Figura & magnitudo erat lacertæ: niſi crura eſſent recta, excelſiora latera ventri iunguntur vt piſcibus, ſpinaque ſimili modo eminet. Eminet roſtrum, vt in paruo haud abſimile ſuillo, cauda prælonga in tenuitatẽ deſinens, & implicans ſe vipereis orbibus, vngues adunci: motus tardior vt teſtudini: corpus aſperum ſeu crocodilo: oculos nunquam aperit nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſione circunſpicit. Omnino coloris et mirabilis natura: mutat nãque eum ſubinde cũ præſertim ſe proprio motu in tumorẽ agit, & oculis & cauda & toto corpore, redditque ſemper quemcunque proximè attingit, præter rubrum & candidum. Cutis ipſi eſt valdè tenuis perlucidũmque corpus. Itaque duorũ alterutrum, vel in cutis perlucidæ tanta tenuitate rerum vicinarum color tanquam in ſpeculo facillè relucet, vel variè varij in ipſo humores commoti pro animi affectuum varietate, varios in cute colores adumbrant, tanquam pullus Indicus in palearibus ex gutture & vertice pendẽtibus: defuncto pallor eſt. Scribit Mathiolꝰ ipſi

Plin. lib. 8. cap. 33.

Ariſt. li. 2. de hiſt. animal. cap. 11.

Chamæleon qui circumſpiciat.

Coloris chamæleõtis natura mirabilis.